

nullū compositum igne carēs, comedit, nec bibit nec dormit, eo quod in omnibus spiritum habentibus ignis est qui comedit. *Et Turba:* Qualiter magister cum angeli ex igne sunt creati, cur ergo nō comedunt, eo quod asseris ignem esse qui comedit? *Et ille:* Hinc dubitāstis, omnes opiniones habentes & adversarij facti estis, & si elementa veraciter sciretis, hæc non negaretis. Judico omnes opiniones habentes quod ignis simplex non comedit verum spissum ignis. Non igitur sunt angeli ex spisso igni verum ex tenuissimo, tenuissimi ignis: ex simplici igitur, & tenuissimo creati igne non comedunt, nec bibunt, nec dormiunt. *Et Turba:* Numquid magister, rationes autem nostræ possunt percipere, Dei enim adiutorio dicta sua exhaustimus, rationes autem auditus & visus nostri, tanta ferre nequeunt. Remuneret tibi Deus pro discipulis tuis quoniam futurorum, docendorum causā à Regionibus nostris nos congregasti, cuius præmium apud futurum iudicem non perdes. *Inquit Arisleus:* Quoniam ad futurorum utilitatem, nos condunāstis, Magister, nihil futurum utilius explicari posse existimo, definitionibus elementorum quas nos docuisti ad nos posse pervenire. *Et ille:* Neminem vestrū equidem ignorare puto, omnes Sapientes in Deo definitiones narraſſe. *Et Turba:* Si quid discipuli vestri prætermiserūt ~~nos oportet te~~ magister venturis ignotum nolis prætermittere. *Et ille:* Si vultis hīc incipiam, quoniam invidi per libros suos disgregaverunt illud, sin autem ad hunc librum finiendum, dispositionem. *Et Turba:* Vbi tibi videtur, posteris esse lucidius ibi dispone. *Et ille:* Vbi nec ab insipientibus cognoscatur, nec à doctrinæ filijs ignoretur ibi ponam eo quod est clavis perfectio & finis.

Sermo nonus.

EX IMENVS ait, Deus suo verbo omnia creavit, quibus dixit: Estote, & facta sunt cum alijs quatuor elementis, terra, aqua, aëre, & igne, quæ invicem coagulavit & cōmixta sunt, inimica: videmus enim ignem aquæ inimicum. Aquā verò igni inimicam esse & utrumque terræ & aëri. Deus autem ea pace copulavit, quousque ab invicem dilecta sunt. Ex his igitur quatuor elemētis omnia creata sunt, cœlum, thronus, angeli, sol, luna, stellæ & terra & mare, ac omnia quæ in mari sunt quæ varia sunt, & non similia, quorū naturas Deus diversas fecit, sicut & creationes, & non est diversitas hæc in eo tantum quod vobis significavi: quælibet illarum naturarū est diversæ naturæ eiusq. natura est diversitarum legionis di-

A † versa.

*Ignis tenuis
et spissus.*

*Diā creata
ex Elementis.*